Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber XVIII de bellis [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

q̃ ignite sit virtutis et in cibo sepe sumpta veneris incaendium moueat. Nuius spaecies due sunt·quarum altera vsualis altera agrestis acrioris virtutis. Vtraq; tamen veneris commouent vsum

De·Odoratis·oleribus Ca·xi

Apium dictum q̃ ex eo apex id est caput antiquorum coronabatur triumphantium. Hercules autē hanc herbā primus capiti circumtulit. Nam nunc capiti populum preferebat nunc oleastrum·nūc apium cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Eius genera sunt·petrosilenon ipposilenon·lenon & oleosilenon Petrosilenon vocatum q̃ sit similae apio. Et nascitur in paetris montibusq; preruptis·qd̄ nos petrapium dicaere possumus Sillenum enim grece apium dicitur·sed summum ac probabile macedonicum gustu suaue et odore aromatico. Iposilenon dictū q̃ sit durū et austerum Oliosilenon q̃ sit mollior folio & caule tenerum Feniculum latini vocant q̃ eius tirsi seu radices sucus accuat visum. Cuius virtus traditur vt serpentes annuam senectutem eius gustu deponāt. Hoc olus greci maratron vocāt Ligustinum a regione nomen accaepit. Nascitur enim plurimum in liguria·odore aromatico·gustu acri Anesون vt dicunt greci siue vt latini anesum herba omnibus cognita accerrime feruēs Menstrualis anetum ciminum·coriandrum ex greco nomie sumptum qd̄ illi corian vocāt. Cuius semen in dulci vino datum proniores reddat in veneré. Si supra modum dederis amētiam mittit. Canos etiam & coriandro infici traditum est. Abrotanum caerefolium. Ruta dicta q̃ sit feruentissima. Cuius altera agrestis·atq; virtute acrior. Sed vtraq; feruentissime comprobant·hanc venenis repugnare mustele docēt. Que dum cū saerpente dimicauerint cibo eius armantur. Saluiamulam q̃m rustici alam vocāt·radice aromatica odoris summi·cū leui acrimonia Menta huius genera sex Finit liber·xvii·

INCIPIT·LIBER·XVIII·DE·BELLIS

Ca·i·

PRIMVS·BELLA·INTVLIT·NINVS·ASSIRIORVM·REX·IPSE·ENIM·FINIBVS·SVIS·NEquaq̃m contentus humanae societatis fedus inrūpens exercitus ducere·aliena

vastare liberos populos aut trucidare · aut subiicere cepit. Vni/
uersamq; asiã vsq; ad libie fines noua seruitute perdomuit. Nic
etiã studuit orbis inmutuo sanguine alterna cede crassare. Qua
tuor sunt autem genera bellorum · id est iustum. & iniustum
ciuile · & plusquam ciuile ¶ Iustum bellum est qd̃ ex predicto
geritur de rebus repetitis · aut propulsandorum hostium causa
¶ Iniustum bellum est qd̃ de furore nõ de legittima ratione
initur · De quo in republica cicero dicit. Illa iniusta bella sunt
que sunt sine causa sucepta. Nam extra vlciscẽdi aut propulsan/
dorum hostium causa bellum geri iustum nullum potest. Et
hoc idem tullius paucis interiectis subdidit. Nullum bellum
iustum habetur · nisi denũciatum · nisi dictum · nisi de repetitis
rebus ¶ Ciuile est bellum inter ciues orta seditio et cõcitati tu/
multus · sicut inter sillam & marium qui bellum ciuile inuicem
in vna gente gesserũt ¶ Plusquam ciuile bellum est vbi non so/
lum ciues certãt sed & cognati. Quale actum est inter cesarem
& pompeium quoniam gener & socer inuicem dimicauerunt
Siqmdẽ i hac pugna frater cũ fratre dimicauit & pater aduer/
sus filiũ arma portauit. Lucanus In fratrũ ceciderunt permia
fratres. Itẽ cui ceruix cesa parẽtis cederet. ¶ Bella itaq; dicuntur
intna · extranea seruilia · socialia · piratica · ¶ Nam piratica bella
sunt sparsa latronũ permaritima mioparonibus leuibus & fu/
gacibus nõ solum nauium coinmeatus · sed etiam insulas pro/
uinciasq; vastates. Quod primũ genus pompeius post multã
vastationem quã tra mariq; diu egerat mira celeritate cõpressit
ac superauit · ¶ Sicut autem bellum vocatur qd̃ contra hostes
agitur ita tumultus qui ciuili seditione concitatur ¶ Nam se/
ditio ẽ dissensio ciuiũ · dicta q; seorsum alii ad alios eant ¶ Alii
estimant dissensionem animorum seditionẽ vocari · quã greci
diastisin vocant. Quo autem differãt vtrumq; cicero docet. Po/
test enĩ inquit esse bellum vt tumultus nõ sit. Tumultus autẽ
sine bello esse non potest. Quid est enim aliud tumultus · nisi
perturbatio tanta · vt maior timor oriatur · vnde etiam dicitur
tumultus quasi timor multus. Grauius autẽ est tumultus q̃m
bellum. Nam in bello vacationes valent · in tumultu nõ valẽt
¶ Differt autem bellum pugna & prelium · Nam bellum vni/
uersum dicitur · vt punicum. Partes eius sunt pugna vt canẽsis
terměsis ¶ Rursum in vna pugna multa sunt prelia. Aliud enĩ

propter nationes sibi in toto orbe subiectas vt magis figuram orbis ostēderet. ¶ Vexillum & ipsum signum bellicum·tractū nomē habens a veli diminutione quasi velillum. Sub romolo autem fasciculos feni pro vexillis milites habuerunt·Hinc & manipuli appellantur ¶ Manipulos enim dicimus fasciculos feni q̃ manum impleant. Cetera signa diuersis prelata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt per que exercitus per mixtionem preliorum agnoscit

¶ De·Bucini ¶ Ca·iii

BVcina est qua signum dat in hostē. Dicta a voce quasi bocina. Nam pagani agrestesq; ad omnē vsum bucina ad cōpeta conuocabantur. Proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De quo persius. Bucina cogebat priscos ad arma quirites. Huius clangor bucinū dicitur ¶ Tubam tirheni p̃mi inuenerūt. Vnde & virgilius Tirhenusq; tube mugire p̃ethera clangor. Hanc enim a tirrenis predonibus excogitata dicūt cum dispersi circamaritimas oras non facile ad quamq̃m p̃de occasionem voce aut bucina cōuocarentur vento plerumq; obsterpente. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita ē ad denūtiandum signa bellorum. Et vbi exaudiri preco pre tumultu non poterat sonitus tube clangētis attingeret. Tuba autē dicta quasi tofa·id est caua. Item tuba quasi tibia inter tubam autem & bucinam veteres discernebant. Nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denūtiabat. Virgilius·qua bucina signa dira dedit. Tuba autem prelium indicabat vt tubam terribilem sonitum procul ere canorē. Cuius sonus varius est. Nam interdū canitur vt bella cōmittantur interdum vt insequantur eos qui fugiunt interdum receptui·Nam receptus dicitur quo se exercitus recipit·Vnde & signa receptui canere dicuntur. ¶ Classica sunt cornua que cōuocandi causa erāt facta·Et a calendo classica dicebant. De quibus virgilius. Classica iamq; sonat. Apud amazonas autē non tuba sicut a regibus·sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus ¶ De·Armis ¶ Ca·v

HArma generaliter omniū rerum instrumenta sunt. Vnde & vbi reponuntur armaria dicta sunt. ¶ Item arma & tela omnium generum sed arma sunt q̃bus ipi tuemur ¶ Tela sunt que emittimus. Nam arma duplicia sunt·id ē vel quibus percutimus·vel quibus tegimur. Arma autem proprie

dicta sunt eo q̃ armos tegunt. Nã arma vel ab armis dicuntur id est ab humeris vt latos huic hasta p armos acta temit vel a potoareos id est a marte·vel a morte dicuntur

De · Gladiis Ca·vi·

Gladius generaliter dicitur ensis in praelio. Sed ensis ferrum tantum ·gladius vero totus. Proprie autem appellatur gladius q̃ gulam diuidit id est ceruicem secat ad hoc enim primum est factus. Nam cetera mẽbra securibus magis cedũtur collũ gladio tantum. Acies autem gladii ab acumine dicta Capulus vocat vel q̃ a caput est gladii vel q̃ a ibi capitur vt teneatur. Nam alias acies ferri nõ sinit Mucro non tantum gladii ẽ sed & cuiuslibet teli acumẽ dictus a longitudine. Nam macron greci longum vocant hinc & macera Macera autẽ est gladius longus ex vna parte acutus Framea vero gladius ex vna parte acutus quã vulgo spatam vocãt ipsa est & romphea·Framea autem dicta quia ferrea est. Nam sicut ferramẽtum·sic & framea dicitur Ac proinde omnis gladius framea Spata a passione dicta greco vocabulo quõ patĩ grece dicitur pati. Vnde & patior et patitur dicimus. Alii spatã a latitudine autumãt dictã eo q̃ spaciosa sit id est lata et ampla vnde et spatula in pecoribus Semispaciũ gladius est a media spate lõgitudine appellatus nõ vt imprudẽs vulgus dicit sine spacio dũ sagitta velotior sit. Pugio a pungẽdo & trãsfigendo vocatus. Est enim gladius paruus & bis acutus lateri adherens. Idem & clunabulum dictũ q̃ religetur ad clunes. Celidoniatus gladius ferrum ẽ latũ·cuius duplex mucro ac bifurcus in modũ caude irundinis formatus. Vnde & celidoniacus dicitur Sica a secãdo dicta·ẽ enim gladius breuis quo maxie vtũtur qui aput italos latrocinia exercẽt a quo sicarii dicti. Trãquillus autẽ dicit dum cuiusdam gladiatoris in ludo emissum gladium curuatum fuisset ex acie recta procucurrit vnus ob id corrigendũ. Tumq̃ a pugnante respõsum ẽ sica pugnabo inde sice nomen datum Secures signa sunt que ante consules ferebãtur quas hispani ab vsu francorum per deriuationẽ frãciscas vocant ea signa portari ne aut vsum perderent belli aut vacans ocio aspectum amiterent gladiorũ

De·hastis Ca·vii

Hasta ẽ contus cũ ferro·cuius diminutiuum facit astilia Nomẽ autẽ astu ab astu sũpsit·vnde et astucia Cõtus

ferrum non habet sed tantum cuspite acuto est. Virgilius. Ferrataſq; trudes & acuto cuspide conto. Contú autē quasi conitú est enim conum acuta rotúditas. Trudes autē aste sunt cum lunato ferro que greci aplustria dicunt. Trudes autem dicunt q̃ trudunt et detrudunt. Virgilius. Ferrataſq; trudes. Venabula dicta quasi venatui habilia. vel quia venientem excipiunt quasi excipiabilia. Excipiunt enim apros expectantq; leones intrant vrsos sit tantum firmia manus. Lancea ē asta amentú habens in medio. Dicta autem lancea q̃ equa lance id est eq̃li amento ponderata vibratur. Amentum vinculum iaculoꝝ est astilium qui mediis astis aptatur. Et inde amentum q̃ media asta religatur vt iaculetur. Claua est qualis fuit herculis dicta q̃ sit clauis ferreis inuicem religata et est cubitosemis facta i longitudine. Nec & cateia quam oratius caiam dicit. Est enim genus gallici teli ex materia q̃mmaxime lenta que iactu quidem non longe propter grauitatē euolat. sed quo perveniat vi nimia perfangit. q̃ si ab artifice mittat̃ rursum redit ad eum qui misit. Huius meminit virgilius dicēs. Teutunico ritu soliti torquere cateias. Vnde & eos hispani & galli tautanos vocant. Falarica est telum ingens torno factum. habens ferrú cubitale & rotunditatē de plumbo in modú spere in summitate dicitur etiam & ignem habere affixú. Hoc autem telo pugnat̃ de curribus q̃s dici falas manifestum ē. Iuuenalis. Consulis ante falas delfinorúq; columnas. a falis igit̃ dicta est falarica sicut a muro muralis. Sane falaricas lucanus dicit. neruis mitti hostilibus & quadam machina vt núc vibrata falarica neruis. virgilius vero ait turnú manu falarice iaculasse. Pile sunt arma iaculorum atq; telorú a torquendo vel emittendo vocate cuius singulare pilus dicitur. Lucanus. Signa pares aquilas & pila minantia pilis. Telum vocatum secundum grecam ethimologiā q̃quid longe iaci potest. Quamq̃m abusiue dicat̃ et gladius vt ē illud. At nō hoc telum mea quo vi dextera versat. ꝓprie autē telú a longitudīe dictú vnde mustelā dicimus q̃ longior sit q̃ mus. Cuspis astilis amētata a cespite dictus q̃ ē virgultú. virgilius. Et pastoralē ꝓfixa cuspide mirtú. ꝓprie autē cuspis postterior ꝑs aste ē. De. Sagittis. Ca. viii.

Sagitta a sagaci iactu id est veloci ictu vocata. Pennis enim fert̃ quasi auis vt celeriter mors ꝑcurrat ad hominē

Nis primum cretenses vsi sunt. De quibus penne vt diximus ideo adglutinátur vt leues sint & puolent. Scaptos spicula sunt sagitte vel lanceae breues ab spicarum specie nuncupate Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa que dum ad hominé venerit virus quo figit infundit·vnde & nomen scorpio accepit

De·Faretris Ca·viii·

Faretra sagittarum theca a ferendo iacula dicta sicut & feretrum vbi funus defertur. Que idcirco ethimologiá communem habent·quia faretra morté feretrum mortuum portat Vagina appellata eo q̃ in ea mucro vel gladius baioletur Theca eo q̃ aliquid receptum tegat·c·littera pro·g·posita. Alii greco noie thecá vocari asserunt q̃ ibi reponat aliqd inde & bibliotheca librorum repositio dicitur. Dolones sunt vagine lignee intra quos latet pugio sub baculi specie·Dolones autem a dolo dicti sunt q̃ fallant & decipiant ferro·cum speciē preferent ligni. Nos vulgus greco nomine oxos vocat·id é acutos. Vnde & apud medicos acutus morbus oxea vocat. Arcus vocatus eo q̃ arceat aduersarium inde & arces dicuntur a quibus arcentur hostes·Item ob speciem q̃ sint curuati

De·Fundis Ca·x·

Funda dicta eo q̃ ex se fundat lapides id é emittat Balista genus torméti ab emitédo iacula dicta. Bal enim grece emittere dicitur. Torquetur enim verbere neruorú & magna vi iacit aut astas aut saxa. Inde & fundibalus quasi funda emittens. Contra balistam testudo valent. Series enim fit armorum vmbonibus inter se conligatis

De·Arietes Ca·xi·

Arieti nomen species dedit eo q̃ cú impetu impigit murum in modum arietum pugnantium. Valide enim ac nodose arboris caput ferro vestit̃ eaq̃ funibus suspensa multorú manus ad murum impellitur·deinde retrorsum ducta maiori impetu destinatur. Sicq̃ crebris ictibus concussum muri latus cedit cauatumq̃ irrumpit ac fenestrá facit. Contra inpulsum arietis remedium est. Saccus paleis plenus & in eú locum demissus quo aries p̃cutit·laxo enim saxorú sinu ictus arietis illisus mollitur duriora enim molliorib̃us facilius cedunt Plutei sunt crates corio crudo intexte que in opere faciendo hosti obiciunt. Musculus cuniculo similis fit quo murus

perfoditur ex quo & appellatur quasi muruſculus

De · Clipeis — Ca · xii ·

Clipeus eſt ſcutus maior dictus ab eo q̃ clipet id eſt ce/lat corpus peririculiſq; ſubducat Oppo ſitus eſt enim ſua defenſione ab aſtis & iaculis corpus munit Clipeus autem peditum eſt · ſcutum vero equitum Scutum appellatum eo q̃ a ſe excuciat telorum ictum · vt enim telis re/ſiſtatur clipeus antefertur. Vmbo ſcuti pars media eſt quaſi vmbilicus Ancile vocatum ſcutum breue et rotũdum · vnde virgilius . Leua ancile gerebat . Et ancile dictum ab anciſione q̃ ſit abomni parte veluti anciſum ac rotundum · ouidius . Idq; ancile vocãt qd̃ ab omni parte reciſum. Quaq; notes oculis an/gulus omnis abeſt . Pelta ſcutum breuiſſimum in modum lune medie . De quibus meminit liber regum . Fecit rex ſalomõ ducenta ſcuta de auro puro · & trecẽtas peltas ex auro probato Scetra ſcutum loreum ſine ligno quo vtuntur afri & mauri De quo poeta . Leua ſcetram tegit · Parma leuia arma quaſi paruum clipeum Dicitur autẽ & teſtudo ſcutum nam in mo dum teſtudinis fit clipeus · Eſt & teſtudo ſcutorum connexio curuata in teſtudinis modum . Namq; in armorum generibus milites etiam ab animalibus nomina ſummunt vt arietes · Et ſaluſtius . In modum inquit ericii militaris

De · Loricis — Ca · xiii ·

Lorica vocata q̃ loris careat . Solis enim circulus ferreis cõtexa eſt Squama ẽ lorica ferrea ex laminis ferreis aut ex laminis aereis concatenata in modnm ſquame piſ/cis et ex ipſo ſplendore ſpuamarum & ſimilitudine nuncupat De ciliciis autẽ et poliuntur lorice et tegũtur. Claſſis de lamia ẽ

De · Galeis — Ca · xiiii ·

Galea decorio . Nam galeros corium dicitur . Claſſicam autem atuſcis nominatã . Illi enim galiam caſſim vocãt credo a capite Apex ẽ q̃ in ſumma galea eminet quo figitur criſta quã greci conũ vocãt . Nam conus eſt curuatura ĩ que galea ꝓminet ſuper quã criſte ſunt

De · Foro — Ca · xv

Forum eſt exercendarum litiũ locus a fando dictus ſiue a foroneo rege qui ꝓmus grecis legem dedit . Qui locus et proroſtra vocatur ideo qd̃ ex bello punico captis na/uibus cartaginẽſium roſtra ablata ſunt & in foro romano ꝑfixa

vt esse huius insigne victorie. Constat autem forus causa lege & iudice. Causa vocata a casu quo euenit. Est enim materia & origo negocii nec dum discussionis examine patefacta Que dum preponitur causa est·dum discutitur iudicium est·dum finitur iusticia. Vocatum autem iudicium quasi iurisdicio. Et iusticia quasi iuris status·Iudicium autē prius inquisicio vocabatur. Vnde & actores iudiciorum & prepositos questores vel quesitores vocamus Negocium multa significat. Nodum rei actum alicuius cui contrarium est ocium. Modo actionem cause qd̄ ē iurgium litis. Et dictum negocium quasi necociū id est sine ocio·Negocium autē in causis negociatio in cōmercis dicitur vbi aliq̄d datur vt maiora lucrent. Iurgiū dictū quasi iuris garrium eo q̄ hi qui causam dicunt iure disceptent Lis a cōtentione limitis prius nomen sumpsit·virgilius. Limes erat positus litē vt discerneret agri. Causa autē argumento aut probatione cōstat. Argumentum nunq̄m testibus·nunquā tabulis dat probacionem sed sola inuestigacione inuenit veritatem·Vnde & dictum argumentum id ē argutum inuentum. Probacio autem testibus & fide tabularum constat. In omni autē iudicio sex persone queruntur. Iudex acusator reus & tres testes Iudex dictus·quasi ius dicēs populo·siue q̄ iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est autē iudex si non est in eo iusticia Acusator vocatur quasi adcausator quia ad causam vocat eum quem appellat. Reus a re q̄ petitur nuncupatus·quia q̄muis sceleris conscius non sit reus tamen dicitur quādiu in iudicio pro re aliqua petitur Testes antiquitus superstites dicebantur·eo q̄ super statu cause profe/rebātur. Nunc parte ablata nominis testes vocant̄. Testis autē consideratur cōdicione·natura·& vita. Condicione si liber nō seruus·Nam sepe seruus metu dominantis testimonium subp̄/mit veritatis. Natura si vir non femīa. Nam varia & mutabilis est semper femine natura. Nam varium & mutabile semper fe/mina. Vita si innocēs & integer actu. Nā si vita bona defuerit fide carebit·Non enī potest iusticia cum scelerato habere socie/tatem. Duo autem sunt genera testium aut dicendo id qd̄ viderunt·aut proferendo id quod audierunt. Duobus autē modis delinquunt. Cum aut falsa p̄munt·aut vera silencio obtegunt

De·Specctaculis Ca·xvi·

SPectacula vt opinor generaliter nominatur voluptates que non per semetipsa inquinant·sed per ea que illic geruntur. Dicta autem spectacula eo q̃ hominibus publica ibi prebeatur in speccio. Haec & ludicra nuncupata q̃ in ludis gerantur aut in scenis. Ludorum origo sic traditur lidii ex asia transeuntes in eutruria consederũt duce tirreno·qui cum fratri suo cesserat in regno. Contencione igitur in eutruria inter ceteros ritus superstitionum suarũ specctaculum quoq; religionis nomie instituerũt. Inde romani arcessitos artifices imitati sunt & inde ludiales vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso vocatos q̃ iuuenes p dies festos solebant ludere exultacione populum delectare·vnde & eum lusum iuuenum & diebus festis et templis et religionibus reputãt. Nichil iam de causa vocabuli dum rei causa idolatria sit. Vnde & promiscue ludi liberalia vocabantur ob honorem liberi patris. Ob hoc respuenda est originis macula·nec bonum aestimes qd̃ inicium a malo accepit ludus aut ginicus é·aut circensis·aut gladiatorius aut scenicus

De·Ludo gimnico Ca·xvii

GImnicus ludus est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus gimnasium dicitur vbi exercentur athlete & cursorũ velocitas comprobãt. Hinc accidit vt omniũ prope arcium exercicia gimnasia dicãtur. Antea enim in locis certãtes cincti erant ne undarentur·post relaxato cingulo repente prostratus exanimatus est q dam cursor. Quare ex consilio decreto tunc arcon ipponiensis vt nudi deincepes omnes exercitarent̃ permisit. Ex illo gimnasium dictum qd̃ iuuenes nudi exercitarentur incampo vbi sola tantum verecundia operiuntur

De·Generibus gimnicorum Ca·xviii·

GEnera gimnicorum quinq;·id est saltus·cursus·iactus virtus·atq; luctacio. Vnde ferũt quendã tot filios adolescentes habentem tottidem generibus de regno iussisse contendere

De·Saltu Ca·xix·

SAltus dictus quasi exilire in altũ. Est enim saltus exilire alcius vel longius

De·Cursu Ca·xx·

VRsus a velocitate crurum vocatus. Est enim cursus celeritas pedum

De Iactu Ca·xxi·

IActus dictus a iaciẽdo vnde et piscatorium rete iaculũ dicitur. Hac arte vsus est areptos lapides procul ferire

astas pondere librato iacere sagittas arcu emittere

De·Virtute Ca·xxii

Virtus ê inmensitas virium in labore & pōdere corporis

De·Luctacione Ca·xxiii

Luctacio a laterum complexu vocata quibus comminus certantes innitent qui greca appellacione athlete vocan/tur·Locus autem luctacionis palestra dicitur

De·Palestra Ca·xxiiii

Palestra vel apotopales id ê à luctacione vel apotopalin id est a motu ruine fortis nominatā dicunt·scilicet ꝙ in luctando cum medios arripiāt ferae quatiant·Idq; apud grecos palin vocāt.Quidam oppinantur artem luctandi vrsorum contencione monstratam.Namq; inter caeteras feras eos solos & erigi cōgressus & subsidere celeriter ac reuerti & modo manibus temptare inuicem modo conplexu abigere sese more luctācium

De·Agone Ca·xxv

Que latini certamina greci agonas vocāt a frequentia quā celebrabant.Siqdem & ad omnē cetum atq; conuentū agona dici.Alii ꝙ in circulis & quasi agonis id est sine angulo locis ederentur nūcupatos agones putant

De·Generibus agonum Ca·xxvi

Agonum genera sunt immēsitas virium·cursus·celeritas sagittandi peritia·standi pacientia·ad citeram quoq; vel tibias incedendi gestus.De moribus quoq; de forma de cantandi modulatione terrestris quoq; balli & naualis prelii perpetiendorumq; suppliciorum certamina

De·Ludis circensibus Ca·xxvii

Ludi circenses sacrorum causa ac deorum gentilium celebrationibus instituti sunt.Vnde & qui eos expectant demonū cultibus inseruire videntur.Nam res equestris antea simplex agebatur & vtiq; communis vsus erat huius reatus nō erat.Sed cum ad ludos coactus est naturalis vsus ad demoniorum cultum translatus est·Itaq; crastori et polluci deputatur hec species quibus equos amercurio distributos historie docent·Sed et neptuno equestris ludus est quē greci ippon appellant·Sed & marti & ioui in ludis equi sunt consecrati & ipsi quadrigis presunt. Circenses autem ludi ideo dicti vel a circumeundo·vel ꝙ vbi nunc mete sunt olim gladii ponebant

quos quadrige circumibant. Et inde dicti circenses ab ensibus circa quos currebant. Siq dem & in litore circa ripas fluminũ cursus agitantes gladios in ordine in ripe litore ponebant. Et erat artis equum circa pericula torquere. Vnde & cencenses dicti putantur quasi circũenses

De Circo Ca. xxviii

Circus soli principaliter consecratus est a paganis. Cuius sedes medio spacio et effigies de fastigio edis emicat q̃ nõ putauerunt sub tecto consecrãdum quem ĩ aperto habent. Est autem circus omne illud spacium q̃ circuire equi solent. Hũc romani dictum putãt a circuitu equorum eo q̃ ibi circum metas equi currant. Greci vero a circe solis filia que patri suo hoc genius certaminis instituit asserunt nuncupatum & ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga & venefica et sacerdos demonum. In cuius habitu & opere magice artis et cultus idolatrie recognoscitur

De Ornamẽtis Ca. xxix

Ornamenta circi oua meta oboliscus carcer. Oua honori pollucis & castoris adscribtũt q̃ illos ouo editos creden/do de cigneo ioue non erubescũt. Fingũt autẽ circensia romani ad causas mundi referre. vt sub hac specie superstiones vanitatũ suarum excusent

De Metis Ca. xxx

Metarum quippe appellatione proprie terminum ac finẽ mũdi designari volunt ab eo q̃ aliquis mensus finis est siue ad testimonium orientis. occidentisq̃ solis

De Oboliſco Ca. xxxi

Oboliscuum meffres rex egipti primus fecisse fertur tali ex causa. cũ quodã tẽpore nilus violenti inundatiõe egip/tum nocuisset indignatus rex tanq̃m penas a flumine exigeret sagittas inundas misit. Non multũ post graui valitudine cor/reptus lumen amisit atq̃ post cecitatem visu recepto duos obo/liscos soli sacrauit. Oboliscus enĩ sagitta dicitur qui ideo in me/dio circo ponitur qa per medium mundum sol currit. Medio autem spacio ab utraq̃ meta constitutus oboliscos fastigium summitatemq̃ celi significat cum sol ab utroq̃ spacio medio horarum discrimine transscendit summo obolisco suppositum est quoddam deauratum in modum flamme formatũ quoniam sol plurimum in se caloris atq̃ ignis habet

De Carceribus Ca. xxxii

In circo vnde emittunt equi carceres dicunt ab ea re qua

vt ille carcer q est in ciuitate vbi homines damnati atq; inclusi ita hic equi coercentur ne exeant anteq̃m signum emittant

De·Aurigis Ca·xxxiii·

ARs circi auriga·& equites·& currus·vel pedites Auriga proprie dictus q; currum agat & regat siue q; feriat iúctos equos. Nam aurit ferit dicimus vt latus haurit appertú. Ipse est & agitatur id est verberator ab agendo dictus Aurige autem duobus coloribus sunt·quibus speciẽ idolatrie vestiunt. Nam prasinus terre·venetus caelo & mari a paganis dicatus est

De·Quadrigis Ca·xxxiiii

ERictonius autem qui regnauit athenis p̃mus·quatuor equos iunxisse ferũt·sicut virgilius auctor dicit. Primus Ericthonius currus & quatuor ausus iungere equos rapidisq; rotis insistere victor. Fuit autẽ minerue & vulcani filius de caduca in terra libidine vt fabule ferũt procreauit portẽtum demoniacum immo diabolus·qui primũ iunoui currum dedicauit tali auctore q̃drige ꝓducte·sunt

De·Curru Ca·xxxv

VRrus autem a cursu dictus·vel quia rotas habere videt̃ vnde et carum quasi currum quadrigarum vero currus duplici olim temone erat perpetuoq; et qui omnibus iniceretur equis. Iugo primus cirisstenas sitionius tantũ medios iugauit eosq; singulos ex vtraq; parte simplici viculo applicuit quos gci siraphoros latini funarios vocant a generae vinculi quo prius alligebant̃

De·Equis q̃bus currũt Ca·xxxvi

QVadrige & bige·& trige·& seiuge·a numero equorũ & iugo dicte ex quibus quadrigas soli·bigas lune trigas inferis seiugas ioui desultores lucifero et hespero sacuerunt·quadrigas ideo soli iũgunt quia per quatuor tẽpora ãnus vertitur ver & estatẽ autumnum & hiemẽ. Bigas lune quoniã gemino cursum cum sole contendit·siue quia & nocte videt & die·Iungũt enim vnum equum nigrum·alterum candidum. Trigas inferis q̃a hi per tres etates homines ad se rapiunt id est per infantiam iuuẽtutem atq; senectam. Seiuga maximus currus currit ioui·propt̃ qd̃ maximũ deorũ suorum esse credunt. Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt·siue quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit·siue ꝓpter solem quia vocabuli ambitu rotat sicut ait ennius inde patefecit radiis rota candida celum

De·Septem spaciis Ca·xxxvi·

Septem spacie quadrige currũt. Referẽtes hoc ad cursum septem stellarũ quibus mundus regi dicitur·siue ad cursum septem dierum presentiũ quibus per actis vite humanus consummatur quorum finis est certus id est iudicium

De· Equitibus Ca·xxxviii·

Porro equites singulares ideo dicunt currere· quia singulariter vnusquisq; cursum vite huius peragit atq; transsit Alius alio tempore sequens alium per vnam tamẽ viã mortalitatis vsq; ad propriam metam mortis

De·Sultoribus Ca·xxxviiii·

Desultores nominati q; olim ,p vt qsq; ad finẽ cursus venerat desilierat et currebat siue q; de equo in equũ trãsiliebat

De·Peditibus Ca·xl·

Pedites autẽ aiunt propterea pede currere ·quia pedibus curritur mortalitatis. Ob hoc a superiori parte currunt ad inferiora id est ab oriente ad occidentẽ quia mortales oriũt et occidunt. Nudi currunt quia et homini in seculo nulle reliquie sunt. Recto spacio currunt· quia inter vitem & mortem nihil distat. Nec autẽ propterea fingunt vt vanitates suas & sacrilegia excusare conentur

De·Coloribus equorũ Ca·xli

Circa causas quoq; elementorum idem gentiles etiã colores equorum iuxerunt. Roseus enim id ẽ igni albos aeri prasinos terre venetos mari assimilantes. Itẽ roseos estati currere voluerunt q; ignei coloris sint & cũcta tunc flauescant Albos hieme q; sint glaciales et frigoribus vniusq; canescũt. Veriprasinos vindi colore·quia tũc papinus densatur. Item roseos currere marti sacrauerũt a quo romani exoriuntur. Et q a vexilla romanorum cocco decorãtur siue q; mars gaudet sanguine Albos zephiris et serenis tempestatibus. Prasinos flori & terre Venetos aquis vel aeri quia cerulei sunt colore. Luteos idẽ croceos igni & soli. Purpureos hiri sacrauerunt quem arcum dicimus q; hiris plurimus colores habeat. Sicq; dum hec expectatione deorũ cultibus atq; elementis mundialibus profanantur eosdem deos atq; eadem elementa procul dubio colere noscunt Vnde animaduertere debes cristiane q; circum numina in mũda possideant. Quapropter alienus erit tibi locus quem plurimi satane spiritus occupauerunt. Totũ enim illum diabolus et angeli eius repleuerunt

De·Teatro Ca·xxxxii·

t Theatrum est quo scena includitur semicirculi habens figurā·in quo stantes omnes inspiciunt. Cuius formā primū rotunda erat sicut & anfitheatri postea ex medio anfitheatro theatrum factū ē Theatrum autē ab expectaculo nominatū q̄ in eo pupulus stans desuper atq̄ expectans vt ludos cōtemplaretur. Idem vero theatrum qd̄ & prostibulū eo q̄ post ludos exactos meretices ibi posternebant Idem & lupanar vocatū ab eisdem meretricibus que ꝓpter vulgati corporis leuitatem lupe nuncupabantur. Nam lupe meretrices sunt a rapacitate vocate q̄ ad se rapiant miseros & apprehendant. Lupanaria enī a paganis constituta sunt vt pudor mulierum infelitiū ibi publicarē et ludibrio haberētur tam hi qui facerent q̄m q̄ue paterētur

De·Scena Ca·xxxxiii

s Scena autē erat locus infra theatrū ī modū domus instructa cū pulpito qui pulpitus orcistra vocabat vbi cātabant comici et tragici·atq̄ saltabāt istriones et mimi·Dicta autē scena a gēca appellatione eo q̄ in specie domus erat instructa. Vnde & aput ebreos tabernaculorū dedicatio a similitudīe domiciliorū scenopheta appellabat

De·Orcistris Ca·xl·iiii

o Orcista autē pulpitus erat scene vbi saltator agere possit aut duo int̄ se disputare. Ibi enī poete comedi & tragedi ad certamē conscendebant. Misq̄ canētibus alii gustus edebant. Officia scenica tragedi comedi temelici histriones mimi saltatores

De·Tragedis Ca·xxxxv

T Ragedi sunt qui antiqua gesta atq̄ facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant

De·Comedis Ca.xxxxvi·

c Omedi sunt qui priuatorū hominū acta dictis ac gestu cantabant atq̄ stupra virginū & amores meretricū in suis fabulis exprimebāt

De·Theamelicis Ca·xlvii

t Themelici autē sunt ·musici·scenici qui in organis & in liris·& citharis precinebant. Et dicti themelici qd̄ olim in orcista stantes cantabant super pulpitū q̄ temele vocabatur

De·Istrionibus Caxlviii

i Striones sunt qui muliebri indumēto gestus in pudicarum feminarum exprimebāt. Hi saltando etiā historias & res gestas demonstrabant. Dicti autem istriones siue q̄ ab istria id genus sit adductum siue q̄ perplexas historias

fabulas exprimerét q̃si historiones ¶ De·Mimis ¶ Ca·xlviii

n Mimi sunt dicti greca appellacione qd̃ rerum humanarũ
sunt imitatores. Nam habeãt suum auctorem·qui ante
quam mimum agerent fabulam pro nunciarent. Nam
fabule ita cõponebantur opetis vt aptissime essent motui cor/
poris ¶ De·Saltatoribus ¶ Ca·l·

s Altatores autem nominatos ·varro dicit ab arca desalio
quem aeneas secum i italiam adduxit. Quiq; primo do/
cuit romanos adulescentes nobiles saltare
¶ Quid quo paterne agatur ¶ Ca·l·i·

e st plane in arcibus scenicis liberi & veneris patrocinium
que priuata & propria sunt scene de gestu & corporis
flexu. Nam moliciam libero & veneri immolabant. Illi
per sexu illi p fluxum dissoluti. Que vero ibi vocibus et modis
& organis & liris transigunt̃ appolines & musas & mineruas
& mercurios patronos habent·Quod spectaculũ cristiane odi
re debes cuius odisti auctores ¶ De·Amphiatro ¶ Ca·lii

a Mphiatrũ locus est spectaculi vbi pugnãt gladiatores
Et inde ludum gladiatorũ dictũ q; in eo iuuenes vsum
armorũ diuerso modo condiscant·& modo intra se aut
gladiis·aut pugnis certantes modo contra bestias incedentes
vbi non odio sed p̃mio in lecti subeunt ferale certamen ¶ Am
phitheatrum dictum q; ex duobus theatris sit factum. Nam
anfitheatrum rotundum est·theatrum vero ex medio anfithe/
atro est semicirculi figurã habẽs ¶ De·Ludo equestri ¶ Ca·liii·

g Enera gladiatorũ plura·quorũ primus ludus equestriũ
Duo eni equites precedentibus p̃us signis militaribus
vnus a porta orientis·alter ab occidentis procedebant
in equis albis·cum aureis galeis minoribus & habilioribus ar/
mis. Sicq; atroci perseuerantia pro virtute sua inibant pugnã
dimicantes cousq; alter in alterius mortem prosiliret vt haberet
qui caderet casum gloriã qui perimeret. Que armatura pugna/
bat martis duelli causa ¶ De·Rethearius ¶ Ca·liiii.

R Etiarius ab armature genere·in gladiatorio ludo cõtra
alterum pugnantẽ occulte ferebat rete q; iaculum appel/
latur vt aduersariũ cuspite insitente opperiret implicitũ
q; viribus superaret. Que armatura pugnabat neptuno ĩdentis
causa ¶ De·Secutoribus ¶ Ca·lv·

s Sequutor ab insequēdo retiariū dictus. Cestabat enim cuspidem et massam plumbeā que aduersarii iaculū impediret vt anteq̃m ille ferret rete iste superet. Nec armatura sacrata erat vulcano. Ignis enī semper aquā insequit. Ideo q̃ cum retiario cōponebatur · quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt

De · laqueatoribus Ca · l · vi

l Laqueatorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos cōsequutosq̃ prostrare amictos vmbone pellicio

De · Velitibus l · vii

v Ellitum pugna erat vt vltro tela obiectarent. Erat enim eorū varia pugna et spectātibus gratior q̃m reliquę. Veliter autē nūcupatos · siue a volitatione · siue a ciuitate rusticorū que velites vocabat

De · Verali certamine Ca · l · viii ·

V Erarū pugna erat emissas bestias iuuenes excipere pugnare adusus eas vltroneo funere certare nō crimie sed furore. Nec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatū non solum hominū vicius · sed & demonū iussis instituta sunt · Proinde nihil esse debet cristiano cum circēsi insaniā cum pudicitia theatrica cum anfiteatri crudelitate cum atrocitate harene cum luxuria ludi · deum enī negat q̃ talia presumit Fidei cristiane preuaricator effectus qui id denuo appetit qd̄ in lauacro iam pridem renunciauit id ē diabolo pompis & operibus eius

De · Horum obsecratione Ca · l · viii ·

a Lea ē ludos tabule inuenta a grecis inocio troiani belli a quodam milite alea noīe a quo & ars nomen accepit

De · Tabula & de eius ludo Ca · lx

T Abula ludit pirgo · cartulis · tesserisq̃

De · pirgis Ca · lxi ·

P Irgus dictus q̃ per eum tesseres pergant · siue q̃ turris speciem habeat · Nam greci turrem pirgum vocant

De · Calculis Ca · lxii ·

C Alculi vocati q̃ leues sint & rotundi. Vnde & calculus dicitur lapis breuis qui sine molestia sui breuitate calcat̄ Item calculi q̃ per vias ordinales eant quasi per calles

De · thesseribus Ca · lxiii ·

t Hessere vocate q̃a q̄dre sunt ex omnibus partibus · has alii lepusculus vocant eo q̃ exsiliendo discurrant olim autem thessere iacusa appellabantur a iaciendo ·

De Signis alee Ca·lxiiii·

Quidam autem aleatores sibi videntur phisiologice per allegoriam hanc artem exercere & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere phibent propter tria tempora· presentia· preterita ·& futura·qa non stant sed discurrunt. Sed & ipsas vias senariis locis distinctas propter etates hominis ·ternariis lineis propter tempora argumentantur Indē & tabulam ternis discriptam dicunt lineis

De Vocabulis thesserarum Ca·lxv·

Factus quoq; apud lusores veteres a numero vocabatur vt vnio binio trio quadrio qno senio. Postea appellatio singulorum mutata est. Et vnionē canem trionē suppū quadrionē planū vocant

De Iactu thesserarum Ca·lxvi

Factus tesserarum ita appertis aleatoribus componitur vt afferat qp voluerit vtputa senionem qui eis in iactu bonum affert· Vitant autem canem qa damnosus ē·linum enī significat

De Calculorum motu Ca·lxvii

Calculi partim ordine mouentur·partim vage. Ideo alios ordinarios·alios vagos appellant. At vero qui moueri omnino non possunt incitos dicunt. Vnde & gentiles homines inciti vocantur qbus spes vltra procedendi nulla restat

De Interdiccione alee Ca·lxviii

Ab hac enim arte fraus & mendatium atq; periurium nunqm abest postremo & odium et damna rerū. Vnde et aliquomodo ppter hec scelera interdicta legibus fuit

De Alea Ca·lxviiii

Pila proprie dicitur qp sit pilis plena. Nec & fera a ferendo dicta vel ferīdo. De quarū genere vel pōdere dorcatius sic tradit ·Neu tu parce pilos viuaci cōdere cerui· Vncia donec erigit gemina supaddita libre Inter species pilarū trigonaria & arenata. Trigonaria ē que in tres ludit· arenata que in grege dum ex circulo astantium exspectantiumq; emissa vltra iustū spaciū pilam excipere lusumq; inire cōsuerunt. Cubitalem lusum appellāt·cum duo cōminus eproximo ac pene coniunctis cubitis pilam feriunt. Suram dicit dare qui pilam crure prolato feriendam conlusoribus prebent

Explicit liber decimusoctauus

INCIPIT· LIBER XVIIII· DE·NAVIBVS·

Ca·1

RCIVM· QVARVNDAM VOCA/ BVLA· QVIBVS· ALIQVID·FABR. ICATVR· VEL· INSTRVMENTA artificum vel qui misteriũ exhibeant· atq; aliquid huiusmodi dcinceps ex parte no/ tanda studui. ¶ Artifex generale nomen vocatus quod artem faciat sicut aurifex qui aurum facit. Faxo eni antiqui pro facio dicebãt· ¶ Nauclerus dñs nauis est appel/ latus. Ita q; nauis in sorte eius sit. Cleros eni grece sors dicitur Ceteri autẽ in naui in contribunatione sunt. ¶ Gubernio qui & gubernator·q̃si cohibernator quod cohibat prudencia sua hibernia·idest tempestates maris. ¶ Nauta a naue dictus per deriuationem. Nauita autem pro nauta poetice per dieresin di/ citur·sicut mauors pro mars. Nam rectum est nauta. ¶ Remex vocatur quod remum gerit. Sicut autem remex quomodo tu/ bex dicitur nominatiuo casu. Epibata greco sermone appellat̃ qui latine dicitur superueniens. ¶ Hic nihil habet negocii· sed naulo dato in alias terras transire disponit. ¶ Nauim quidam perhibent dictam eo·quod gnauum rectorem quirat·idest pe/ ritum sapiẽtem strennuum·qui continere & gubernare nouit ꝓpter maritima pericula & casus. Vñ est illud salomonis intel/ ligẽs gubernacula possidebit. ¶ Lidii autẽ primũ nauẽ fabrica/ uerũt pelagiq; incta petẽtes peruiũ mare usibus humanis fecerũt ¶ Rates primũ & antiquissimum genus nauigii crudibus ti/ gnis asseribusq; consertum· Ad cuius similitudinem fabricare naues ratarie dicte nunc iam rates abusiue naues. Nam ꝓprie rates sunt cõnexe inuicem trabes. ¶ Trieris nauis magna quã greci dulconem uocant de qua in esaya dicitur. Non transibit per eam trieris magna. ¶ Carpasia nauis a carpado insula no/ minata· sicut a rodo rodia·ab alexandria alexandrina·liburne dicte a libiis. Naues enim sunt negociatorum de quibus orati/ us. Ibis liburnis inter alta nauiũ. ¶ Rostrate naues dicte ab eo quod in fronte rostra erea habeant propter scopulos ne feriant̃ & collidantur. ¶ Longe naues sũt quas dromones uocamus dicte eo q; longiores sint ceteris· cuius contrarius musculus curcũ nauigiũ. ¶ Droma autem ab excurrendo dicit̃·Cursum

C1